



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Vers. 14. & 15.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

Liberum arbitrium mortali capax.

dus diei & æstus, non magis operario, quam rastro aut farculo merces debetur. Vbi est enim sine iudicio & voluntate libere agente labor, non potest dari præmium. Nec aratro quisquam agriculturæ mercedem persoluit, atteritur enim & perit: Pacisci non nisi cum liberis operis Deus potest: apud quem enim non est suæ voluntatis arbitrium, is nec obligare se potest, nec alterius promissionem accipere. Vñus est hoc argumento Hieronymus Tom. 3. Epist. ad Damasum, vt probaret arbitrii libertatem. Merces enim promittitur, vt liberam voluntatem alliciat; nec enim in necessario agentibus locum habet, vel promissio, vel minæ.

Manichæorum autem est liberum damnare arbitrium. Hominum damnare naturam, liberum auferre arbitrium, & adiutorium Dei tollere, vt in præmio aduersus Pelagianos idem Hieronymus.

Opera ad salutem necessaria.

§. 6. Eadem pactio etiam demonstrat bona opera ad salutem necessaria, eamque non dari, nisi operum conditione expleta. Denarius enim ex pacto conuenito datur, & datur illis, qui pertulerunt pondus diei, & æstus. Datur & illis, qui vna hora laborarunt; non datur tamen ociosis, sed qui *ἐργάζονται*, qui opus ruri fecerunt. Datur supra quam iustum est, sed datur tamen aliqua pars quam non dare iniustum esset; nempe pars duodecima denarii, quam ex proportionem meriti videbantur. Solatque illa parabola ad impiam & perniciosissimam hæresin confutandam sufficit, cum tota eo dirigatur, vt ostendat, nos à Deo promissione mercedis ad laborem vocari, & operatis iustam mercedem rependi. Est quidem gratuitus amoris Deo seruire, sed quia tamen se ipse mercedem esse demonstrat, non est vilis mercenarii, sed ingenui filii, eò per labores tendere, vt in patris conspectum complexumque perueniat, patre frui-
tur.

VERSVS 14. & 15.

Tolle quod tuum est, & vade: volo autem & huic nouissimo dare sicut & tibi. Aut non licet mihi quod volo, facere? an oculus tuus nequam est quia ego bonus sum?

QUESTIO I.

Cur dare vult postremo, quod & primo?

Paterfamilias suo iure vsus.

§. 1. Paterfamilias vir grauis, & opulentus, vt qui per æconomum soluat operariis, decorum seruat; non enim cum operariis contendit: Ius suum, libertatemque in erogatione mercedis tuetur. Causam non adfert, cur pares faciat, quorum tam impar fuisse labor videbatur. Itaque non arguit priores negligentiam, aut culpam alicuius, nec vnus horum laborem præfert totius diei æramnis: si enim hoc faceret, de suo iure cederet, & respondendi occasionem præberet: suas enim operas carè quisque æstimat: & suam industriam ignauissimus præcipue vendit. Merito autem ita respondet; nam murmurator iniuriam inferebat, cum plus petit, quam erat conuentum, & indicat iniuste de aliena liberalitate. Itaque satis illi erat, ostendere se iniuriam nulli facere, sed ab iniquo tricone, & appellatore acci-

pere. Statuendum tamen est, paterfamilias iustum fuisse causam, cur in postremos, potius, quam primos munificentia vti voluerit, sed cur rationes illas operario proponeret, nulla causa fuit. Itaque ius suum allegat. *Non licet mihi facere quod volo?* Quæ additur: *ἐν τοῖς ἑσπέραις, in meis.* Syrus, de illis que ad me pertinent. Legit etiam ita Augustinus. serm. 39. Franciscus Lucas putat addendum, Zegerus omittendum existimat; Correcta omittunt: quod signum à melioribus libris abfuisse: & ex glossa iteplisse, sic in Græco etiam varie legitur illud: *conuenisti mecum, & vnde φωνήσας μοι, in aliis est & vnde φωνήσας μοι, Conuenisti mecum.*

§. 2. Ioannes Piscator Caluinius, Deum iustitiam dæis promississe mercedem ex propriis meritis dictum. At non alio modo illis, alio nobis promissa est salus. Illi gratuitam peccatorum remissionem per baptismum in mediatorum, sunt consecuti, sicut & nos. Quemadmodum Abraham pater omnium credentium iustificatus est, & saluatus, ita ceteri omnes. Ille fide sine operibus legis, fide & operibus gratiæ saluus factus est. Cum iustus fuit, fide & operibus meruit vitam æternam, gratiæque augmentum.

§. 3. Qui ex vno denario omnium in cælo præmium æqualitatem colligunt, scripturis contradicunt. Nam in domo patris nostri mansiones multæ sunt. Ioan. 14. 1. Corinth. 15. *Alia est enim claritas Solis, alia claritas Lune, alia claritas stellarum, & differt stella à stella in claritate.* Denarius igitur vnus, vna est vita æterna, Dei vñus, fruitio, omnes stellæ sunt, omnes fulgent, omnes in cælo sunt, non omnium tamen pars est splendor, non eadem eminentia. Ita Ambrosius Epistol. 81. Augustinus Epistol. 51. Gregorius lib. 4. Mor. cap. 42. Hieronymus tractatu contra Iovinianum pene toto.

§. 4. Ex æqualitate tamen denarii, multi mercedis æqualitatem vigent; vt quid enim primi murmurant, si non sunt pares? si singularis eminentia æque honor est datus toto die operatis? Pares non sunt, si in eadem domo alius alii sunt prælati. Supra respondendi non fore illo in loco aut tempore murmurationes, aut inuidiam, cum sit vnusquisque proximum amaturus vti seipsum. Occasio tamen murmurandi dari videbitur, more humano rem consideranti, quod multi, quarum diuturni, & ærumnolissimi fuisse videbuntur labores, non maiora, quam alii ex paruis & breuib; accipiant præmia. Humana enim iudicia viros celebres, & in dignitate positi admittunt, eos collaudant, pauperes negligunt. Quin crebro fit, vt sanctos Episcopos, sacerdotes, principes, eremitas, quorum apud homines est magna opinio, & apud Deum vera sanctitas, crebro alicuius adolescentis, aut viduæ, quam nemo, nisi cum peteret elemosynam, norat, præmia superent. Exemplum de Carbonario Alexandro attuli, aliud de Dorotheo refert Alphonsus Rodericus tractat. 5. cap. 1. exercitii religiosi. Vbi serio murmurant, sed à Deo tamen melius instituti quiescunt.

Hactenus ergo pares sunt, vt omnes sint beati, & in æternum beati, clarà Dei visione, & amore. Nec maioris aut minoris gloriæ discrimina faciunt operæ duratione, sed contentio animi, feruoris, & caritatis magnitudo, quæ fit, vt vñico actu, ac breuissimo aliorum mercedis, diocritas æquetur. Paritas igitur est præmii, vbi omnium rerum est æqualitas, temporis, laboris, caritatis, alacritatis, si aliquid horum sit in æquale, etiam similitudine erit imparitas mercedis. Quemadmodum in itinere

infiniter faciendo non longitudo temporis, sed via spatium confectum compentatur. Nec minus primum obinet, qui vno mense, quam qui anno integro praefcriptum confectiter. Hinc in causa apparet diuersa merces. Augustinus de dono perseverantiae cap. 8. T. 6. p. 50. d. 1.

Sed cur, inquit, gratia Dei non secundum merita hominum datur? Respondeo, quoniam Deus misericors est. Cur ergo, inquit, non omnibus? Et hic respondeo: quoniam Deus iudex iustus est, ac per hoc & gratis ab eo datur gratia: & iusto eius in alius iudicio demonstratur, quid eis quibus datur, conferat gratia. Non itaque, sicut in gratia, quod secundum placitum voluntatis suae, in eandem gloria gratia suam multos liberat, misericors Deus de eam debita per datione, ut si inde neminem liberaret non esset iniustus. Ex vno quippe omnes in condemnationem non iniustam iudicati sunt, sed iustam. Qui ergo liberatur gratiam deligat, qui non liberatur, debitum agnoscat. Si inmittendo debito bonitas, in exigendo acquiritur intellegitur, nisi quam esse apud Deum iniquitas invenitur.

Externe 69. de verbis Domini. Alioqui non est omnium praeiorum aequalitas. Qui vult, inquit, Christus, maior inter vos fieri, sit omnium minister. Diuersi igitur sunt in illa gratia gradus, & praerogativa, quorum discretio non tam externo labore, quam animorum virtute constituitur. Prosper de gratia & libero arbitrio c. 6. In aequalitate qua nouissimi patres facti sunt primis gratiam agnoscit. In parabola, inquit, de his qui laborant in vinea, dari idem primum eandemque mercedem omnibus, siue multum siue parum laborauerint, ut qui multo labore sudauerunt, nec amplius quam nouissimi acceperunt, intelligant donum se gratis, non operum acceptasse mercedem. Gratia mercedem, inquit, pro magnitudine enim gratiae, qua donati sunt, & charitatis ardore, non pro laborum diuturnitate merces datur. Merita enim tua ab ipso sunt, ut docet c. 6. & c. 7. Coronat illa Deus vi sua dona non tua merita. Non ex operibus tanquam tuis ex teipso tibi existentibus, sed tanquam his quibus se Deus finxit, id est, formauit & creauit.

Constat autem ex his quod Theologi docent, Deum remunerari opera supra condignum, sola liberalitate, idque pro suo arbitrio. Dat enim maiorem mercedem quam accipere mereantur, quod Andreas Vegas contra plerumque negat, sed ex Matth. 5. Luc. 6. & 19. satis colligitur. Cyprianus Epistola 75. In Baptismo ad aequalem denarium vocari, postea pro conuersatione atque actu nostrum maiorem augeri. Vide & Remigium, Rabanum, Abulensem, Gregorium, D. Thomam. Aequalitas autem charitatis, tamque quisque, melior quo maiore charitate operatur.

Donum gratiae non operum mercedem Augustinus appellat: non est enim operum in se spectatorum, sed gratiae & operum ex gratia bonorum merces.

S. 5. Quod Musculus in locis communibus hinc merita sanctorum oppugnat, more suorum facit, cum omnibus fere verbis merita Christus asserat. Et ipsa aequalitas sit iudicio, praemia respondere datae in hac vita gratiae, non praeside laborum, Bonum certe tamen testatur Apostolus 2. Timoth. 4. & reposita est illi corona iustitiae, quam reddet iustus iudex, sed non tantum laboris, & arumnarum, quantum charitatis estimator. Dona sua quae in nobis aestimat, etiam remunerat, August. hom. 50. & hom. 14. Reddet, inquit, mihi coronam iustus iudex, debet ergo quod reddit, reddet ergo iustus iudex, non enim opere inspecto, potest negare mercedem, qui opus inspectum.

At mirum non est, sectarios sanctorum meritis obsequere, qui etiam Christi morti, & sanguini meritum adimunt. Caluin. l. 2. instit. c. 17. Etenim faceret, si quis per se simpliciter Christum opponere vellet iudicio Dei, non fore bonum meriti, quia non inueniretur in homine dignitas, qua

posset Deum promereri. At in Christo est dignitas, quae est in homine, & quae in Deo, a persona habent dignitatem, ab infinita infinitam. Mirari tamen conuenit, non deesse, ex illo grege, qui apud eundem Caluinum colligunt: quia non operum meritis acquiritur celestis hereditas, sed gratis donatur, aequalem fore omnium gloriam. Quibus ille respondet, non disputare Christum, vel de celestis gloria aequalitate, vel de futuro piorum statu: sed hoc tantum pronuntiat, causam non esse cur gloriantur, vel aliis insultent, qui tempore sunt priores: quia Dominus, quoties ita placuerit, vocare poterit, quos visus est ad tempus negligere, eosque, vel equare vel praeferre prioribus illis: addit, exactam partium discussionem esse mixtam curiositate. Sunt illa in Zwingleum dicta, qui ex Origene & aliis distinguit tempora, & sub horum quae vnde tam antecesserunt, nihil effectum dicit.

Quod a Domino satis reatur, cum denarium etiam ceteris horis respondere demonstrat. Omnibus enim datur merces secundum opera sua. Nec recte Media fini Caluinus ex sola vocatione rem definit, qui enim diuersa praemia admittitur, etiam gratiam, & gratiae opera varia praestitit, ex illis enim praemia sequuntur. Media enim, ad finem solent fini esse proportionata. Cui vero Deus finem conferre decreuit, eidem praedestinavit & media. Qui enim ostendit Apostolo, quantum patiemur, pro Christi nomine oportere, etiam pariter significauit modicum passionis aeternum gloriae pondus operari in caelo.

QUESTIO II.

An electio sit ex praestitis meritis?

S. 1. Non disputo generatim quaestione inter sectarios etiam controuersam, sed quantum fieri potest, ad huius loci intelligendam. Theologi qui cedis redditionem pro argumento habent. Operarios enim vocari imperat Pater familias, illisque mercedem reddi. Merce, operi datur, regnum datur ut merces, datur non oeciosis, sed laboriosis, & ex condito operatis. Quin etiam eadem conditione promittitur. Item vineam & quod iustum fuerit dabo vobis. Hic igitur ordo est executionis, ut propter opus dare velit regnum. At quod in tempore facere Deus solet, id ab aeterno decreuit, atque ita cum omnibus circumstantiis efficere statuit, ut re ipsa facit. Nusquam enim actio a decreti ordine discedit.

Aliorum sententia contraria est. Prius ad gloriam elegisse, deinde merita ordinasse: Nec argumento alato mouentur. Alium namque ordinem praerogationis, & executionis esse sentiunt. Primo enim in significationis homines & angelos gratuito amore dilectos, & electos ad vitam aeternam, sine villo meritorum respectu, in altero ordine autem electis & dilectis gratuito, constituisse gloriam non nisi per media, si dem, spem, caritatem in executione confere. Itaque, negant Deum aliud in tempore facere, aliud ab aeterno constituisse. Nam aeterno decreto definuit, non modo nulli nisi per media gloria conferre, sed singulas etiam mediocum partes, circumstantiasque prauidit. Non tamen per ea, vel propter ea elegit, per quae dedit, & per quae dare decreuit. Est enim gloria aeterna effectus datae gratiae, gratia praedestinationis. Paulum gratuito elegit, cum fuisset aduersum Christianos, idque sine villo meritorum etiam futurorum respectu. Electo autem gratiam magnam, scientiam, labores, aliaque decreuit, per quae in salutem aeternam liberumque, & infallibiliter deduceretur. Ita & Pater familias ad primum has operas deligit: non sua causa, quasi opus haberet eorum industria, sed ut primum conferret, hoc tamen dare noluit, nisi postquam vineam excolissent. Probabilis est vtraque sententia. Priorem tuerentur etiam Arminiani,

nam electionem statuunt esse ex fide prauis: meritū
tamen non agnoscunt. Consulat lector scripta Vo-
lftii, Greuineckhouii, aliorum. Ex prauis actionibus
dari etiam multo veterum censuerunt. Hierony. Rom.
8. & 9. & Galat. 1. & Epistol. ad Hedibian. Chryso-
stomus homil. 16. & in Epistol. ad Ephes. Theodor. in
Rom. 8. & 9. Theophylactus eodem loco. Anastasius
Nizenus lib. de questionibus Scripturæ, quæstio.
59. Imo innuit Augustinus libr. 1. ad Simplicianum
quæstio. 2. T. 4. Vbi de his longa est disputatio ad caput
9. Epistol. ad Rom. pertinens.

Verumtamen multis illis locis expresse asserit, electionem præcedere. vt lib. de corrupt. & gratia, & Rom. 8. & 9. ostendi. Aliter tamen Prosper lib. 1. cap. vltimo de vocatione gentium. Fulgentius lib. 1. ad Monimum. Hugo in Epistol. Rom. Ex hoc cigitur loco nihil vel in hanc, vel illam partem concludi potest. Nam opera & merita finem & executionem, adeoque decretum Dei, quod de executione factum est, non electionem ipsam respiciunt.

QVÆSTIO III.

Quis oculus malus?

§. 1. **O**culus malus, seu oculus nequam, qui ⁱⁿ *invidia* dicitur, recto, bono, simplici opponitur. Præcipue inuidiam, & liuorem designat, qui etiam in vultu tacentium, quodam nubilo se prodit. Oculus vero, vt Matthæi 6. Lucæ 11. animus est vitiosus & malignus, sicut oculus bonus, animus bonus, & liberalis. Ecclesiastici 31. Inuidia se appellatur. Merito autem oculorum nomine totus homo describitur. Nam ingenium oculorum formâ & colore deprehenditur. Oculi animorum indices sunt, etiam si latere velint. Ideo simulators solent præcipue oculos erudire, vt sese animo accommodent. Vt enim oculus integram hominis effigiem reddat, ita quoque integri hominis est imago, nisi summo artificio fallat. In oculis luxuries, ira, inuidia, omnia vitia, virtutesque & affectus boni resident, in his animus habitare dicitur.

S. 2. Buluherger eos notari aſſerit : qui cum Petro clamant : ecce nos reliquimus omnia. Calumniam eſt in reſigioſos, qui non iugitant, multis, qui in mediis diuinitis & honoribus verſantur, maiora caritatis præmia decernenda, quam ſibi : & ſi illis inuidet, iam ſua perdidit, de alienis bonis dolendo. Petro autem Chriſtus nec inuidiam, nec aliud vitium obicit, ſed per benignè reſpondet, nec Apoſtolos nouiſſimos dicite eſſe, ſed potius ſeſſuros ſuper duodecim thronos, & iudicatuſ.

VERSVS 16.

*Sic erunt nouissimi primi, & primi
nouissimi, multi enim sunt vocati
pauci vero electi.*

QVÆSTIO I.

Qui primi, qui nouissimi?

§. 1. **H**ortatur Apostolos, ne ideo securi sint, quia primi vocati sint, ne cuius alius insulset. Fieri enim, vt primos multi ex posterioribus antecendant. At qui primi, qui nouissimi sint, magna est controuerſia. Chryſoſtomus primos esse Iudeos, qui initio vocati salutem persequuntur, & eos Chritianos, qui e

virtutis fastigio in vitorum barathrum inciderunt.
 Nouissimos enim hos factos, quod deterius est, nol
 esse, & grauiore damnatione plecti. Nouissimos eni
 tem qui facti sunt primicos esse, qui è vitiis emergunt,
 & ad virtutem eluctantur.

Barradins noſter etiam de Iudæis & gentibus in-
terpretatur ex Luc. 13. 27. cum diceret Chriſtus: *multi
ſunt vocati, & v. 24. Quia multi dico vobis quærent in-
trare, & non poterunt.*

Adiungit: Et ecce sunt nouissimi, qui erunt primi. & primi, qui erunt nouissimi.

Stigitur apud Lucam nouissimi sunt, qui rege-
cidunt; igitur & apud Matthæum. Vn cum huius in-
terpretationis obſta- & videtur, quod primi etiam, &
intermedii denarium accipiunt: omnes igitur beati
sunt. Nec ob querelas primos Patres familias denario
priuat, ſed, Tolle, inquit, quod tuum eſt. Voloh-
das ſicut & tibi. Reſpondit huius ſententia.
Flores, non omnia, quæ in parabola ſunt, accommo-
danda eſſe, quod verum eſt: hic tamen locum illius
exceptio non poteſt habere. Non enim emblemata
denarii ſolutio, ſed ad ipſum corpus parabola perti-
net; de denario pacti ſunt, aliis promiſſum id quod
iuſtum eſt, id non eſt ornatus, ſed ſignificationis cau-
ſa poſitum. Totum autem in eo veritatis parabola
myſterium, quod & qui hora vndecima, & nona, &
ſexta, & tertia venerunt, acceperint denarium, vnum
eundemque, & nouiſſimis primo perſolatum ſit, ita-
que, & ad myſterium pertinet, quod primi acce-
perint denarium. Non autem illi de damnatione,
ſed paritate præmiſſi queruntur. Itaque & patrum ſen-
tentia nolim recedere, qui comparationem, inter bea-
torum præmia docent inſtitui. Quod ſi primi acce-
pientes denarium, & murmurantes, non faciunt ad
parabolæ integritatem, nec accommodari eam pat-
tem ad aliquam ſignificationem oportet, nec ergo
etiam pactum de denario ſignificationem habet: cum
enim pactus eſt, ſi non dedit: ſi illa igitur, quæ cum
primis acta ſunt, nihil ſignificant, ſed deſertantur
gratia apponuntur, paratio etiam de aliis inſtituen-
da erit. Ideoque tota parabola fine vllæ ſignificatio-
nis fuerit. Tota enim eius viſ & Oeconomia veritatis
comparatione temporis, quod laborarunt, & æqualitate
mercedum, conferunturque primi, & nouiſſimi.
Quæ collatio locum non habet, ſi primis damnatio,
nouiſſimis beatitudo obuenit.

Primi igitur dicendi sunt, qui prima etate vel tem-
pore vocati Deo fuerunt, magnosq; pertuleret la-
bores, quos tamen alii postea vocati, & exiguos spacio
in vinea Domini laborantes meritis adaequarunt, qui
bus eadem proinde merces persoluitur.

§. 2. Bullingerus primos vocat, qui suis meritis fi-
dunt. Nouissimos, qui de meritis nihil presumunt.
Et Musculus. Docent enim illi in primis impietatem
esse cum iactantia, eos exprobrare DEO sua me-
rita.

Respondeo. Ad improbam eos sententiam bonorum operum & meritorum odio petrahi. Adeo vero insaniunt, vt causam suam aduersus Petrum, Christum agere insituant. Petrum aut factus fuisse meritum, & ambitiosè quidem. Quod si meriti esset, relinquendis omnibus exstimator, Catholicorum iugitum in sententia erat, qui merita agnoscunt, in eo tamen peccabat, quod ea ambitiose laudare. Imò Caluanianis credimus, in Christum erat inmeritis, in iudicis & hypocritis; nam tales esse contendunt, merita bonorum operum esse concedunt. Hoc enim crimen in Petro non leuius esse potuit, quam in nobis, si crimen fuisset. At nec Christus esse accusat hypocritas, & in iactantia, nec nos crimen fingere oportet.